

ARGUMENTVM
capitis tertij.

Abuchodonosor Rex Babylonius tetrus, ac crassis tenebris circumfusus, cęca temariaque amentia commotus statuam auream in loco celebri collocavit, praciens ut omnes ei cultū Deo debitum exhiberet. Cumq; alij eam summam coleret religione, tres Hebrei Ananias, Azarias, Misael diuini numinis fide & amore incitati eā colere recusarunt. Maluerunt enim vitam in distinctione adducere, quam religionem labefactare. Quam ob causam fuerunt in summum capitum periculum vocati, & ab impio rege superbia inflato, ac ira iniuncta consilio incenso damnati, & in ignem camini ardentes conieci. At flammis expositi nullum ab illis acceperunt derrementum: quin potius intacti in medio deambulabant, Deum summis laudibus efferentes, hymnisque suauissimis celebrantes. Id intus Nabuchodonosor eos iubet educi ē fornace, & miraculo vim naturae superaret explorato, ac pianè perspecto, veri Dei potentiam confiteretur, cuius numini & prouidentia omnia gubernantur. Illud est aduentendum, huius capituli historiam aliquid habere vaticinationis, cùm in ea scriptum sit aperte usque si lumen Dei, ut patres pueros eriperet a flammis: venturus enim erat Christus hominum genus liberaturus.

Caput Tertium.

Nabuchodonosor Rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex: & statuit eam in campo Duran Provincia Babylonis. Itaque Nabuchodonosor Rex misit ad congregandos satrapas, magistratus & iudices, duces & tyrannos, & praefatos, omnesque principes regionum, ut conuenirent ad dedicationem statuae quam exerxerat Nabucodonosor Rex. Tūc con-

gregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti: & uniuersi principes regionum, ut conuenirent ad dedicationem statuae, quam exerxerat Nabuchodonosor Rex. Stabant autem in conspectu statuae, quam posuerat Nabucodonosor Rex: & præco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribibus, & linguis, in hora qua audieritis sonum tubæ, & fistule, & citharae, sambuce, & psaltriæ, & symphonie, & uniuersi generis musicorum, cadentes adorare statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex. Squis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim ut audiuerint omnes populi sonum tubæ, fistule, & citharae, sambuce, & psaltriæ, symphonie, et omnis generis musicorum, cadentes omnes populi, tribus & linguis adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldei accusauerunt Iudeos. Dixeruntque Nabuchodonosor regi. Rex in aeternum viue. Sap. 1. Infib. b.

Tu Rex posuisti decretum, ut omnis homo, qui audierit sonum tubæ, fistule, & citharae, sambuce, & psaltriæ, & symphonie, & uniuersi generis musicorum, prostreret se, & adoraret statuam auream: si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudei, quos constitueristi super operam regionis Babyloniae Sidrach, Mishach, & Abdenago, viri isti contempserunt Rex decretum tuum. Deos tuos non colunt, & statuam auream quam exexisti, non adorant.

Explanatio.

Nabuchodonosor. Magna est hominum mutabilitas, incredibilis varietas, G 2 longe